meam. Et portæ inferorum non prævalebunt ei. Et dabo tibi claves regni cælorum. Et quicquid ligaveris in terra, ligatum erit in cælis. Et quicquid solveris in terra, erit solutum in cælis. Talium sexcenta quis ad refellendam impiam sententiam, ex divinis oraculis facile colligerit. At vero et hoc, quæso, contemplare. Baptizatus Jesus statim ex aqua ascendit. O linguam irreligiosam! In opificio Mali, Boni Patris bonus Filius baptizatus, vidit? Et ecce aperti sunt ei cæli. Aliud si erunt iterum creatura malæ manus. Cur autem aperti sunt? Et quem in finem? Vidit, ait, Spiritum Dei descendentem tanquam columbam. Tertius hic est triumphus in tam paucis verbis ~~[illegible]~~ de impietate hac. Quomodo enim in forma malæ creaturæ Spiritus Dei repræsentari potest? Et descenderet ex operibus Principii mali, ~~[illegible]~~ Indeque ~~[illegible]~~ descendens venit super Jesum. Quæ autem est falsa doctrina monumentum. Vox datur e cælis: Hic est Filius meus dilectus in quo acquievi. Perpende, o bone *

~~singula hic verba, quomodo in illis jam ante ita [illegible] impietas teterrima, et nullis [illegible] Mali [illegible].~~

Hic, inquit, est Filius meus dilectus in quo mihi complacuit. Quis ille? Hic bone qui aquis baptizatus, cui aperti sunt cæli, super quem Spiritus meus in forma columbæ descendens ex cælis, simul ~~[illegible]~~ Filium meum esse contestatur. Omnia mea sunt. Filius meus pro creaturis meis voluntatem meam implens salutem acquirit ~~[illegible]~~ mundo.

* verba singula, quemadmodum simul cum ipsis una se sistat ad impietatem ~~inevitabilis~~ confutandam inevitabilia argumenta.